IEREMIAS DE MONTAGNONE

Bayern?, um 1429 Seite 106r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Adveniat megaris noxius omnis erit.
Nec minus eruecas aptum vitare salaces.
Et quicquid veneri corpora nostra parat.
Paulus ad Ephe. iiii. ca. Nolite inebriari vino in quo
est luxuria. S
Seneca tragediarum in ypolito. ca. ii.
Quisquis in primo obstitit
pepulitque amorem tutor ac victor fuit.
Qui blandiendo dulce nutrivit malum
Sero recusat ferre quod subiit iugum.
Idem in Octavia. ca. x.
Vis magna mentis blandus atque animi calor
Amor est. Iuventa gignitur luxu ocio
nutritur inter leta fortune bona.
Quem si fovere atque alere desistas cadit.
Valerius maximus libro ii. ti. primo. Massilia Civi-
tas nullum aditum in scenam mimis dat, quorum
argumentum maiore ex parte stuprorum continet ac-
tus, ne talia spectandi consuetudo et ymitandi
licentiam sumat.
Fulgentius Mitologiarum libro ii. fabula. xii. libi-
dinem sapientia contemnit.
Cato. ca. v. et fi.
Cum te detineat veneris dampnosa voluptas,
Indulgere gule noli, que ventris amica est.
Ysidorus in sinonomia soliloquorum libro ii. ca. vii. Ie-
iunio libido restringitur. Idem ca. x. Cedit
libido rebus. cedit opi. Cedit industrie. et
labori.
Autor libri qui dicitur pamphilus. ca. xii.
Visu cessat amor omnis decessit in usu.
omnis et in pastus attenuatur amor.
Andreas ad Gualterum de amore libro iii. Res
talis luxuria est, qua persequendo vincimur, et eam
fugiendo fugamus.

## Iste sextus et ultimus liber quarte partis tractat de convictu viri et mulieris sub his titulis, et primo videlicet de laudibus mulierum et de acceptibilitate earum. Ca. primum.

In genesi. ca. iii. dixit dominus mulieri In dolore pa-
ries filios et sub viri potestate eris, et ipse
dominabitur tibi
Aristoteles de natura animalium libro viii. ca. primo. Mu-
lier viro misericordior est. Minus iracunda
sunt femellia quam masculinis excepta ursa
et pardo.
Ihesus filius sirach in Ecclesiastico. ca. xxxvi. Ubi
non est sepis diripitur possessio et ubi non est
mulier ingemescit eger. S

Paulus prima ad corinthios. xi. Mulier gloria est viri. Non
creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.
lex. C. qui po. in pig. ha. l. assiduis. Quis mulieres
non misereatur propter obsequia que maritis prestant propter
partus periculum et ipsam liberorum procreationem.

## De vitiis mulierum et probatione earum. Ca. ii.

Salomon in proverbiis. ca. xxxi. et fi. Mulierem fortem quis
inveniet. Idem in Ecclesiastico. ca. vii. ait Salomon
virum bonum de mille unum repperi. Mulierem ex
omnibus non inveni.
Ihesus filius sirach in Ecclesiastico. ca. xxv. Omnis mali-
tia est nequitia mulieris. Non est caput super
caput colubri. Non est ira super iram mulieris.
A muliere initium est factum peccati et per illam
omnes morimur. Non des mulieri veniam ne-
que prodendi.
Therencius in Eunucho. ca. xvii. Novi ingenium
mulierum. nolunt ubi velis. ubi nolis cupiunt
ultro.
Virgilius Eneydos libro iiii. circa finem.
Varium et mutabile semper femina.
Quintilianus decla. v. declamatione. Sunt et femi-
nis ad scelera vires. cum habent causas virorum,
quin ymo si interrogeris facilius harum pectora,
metus odium ira corrumpunt. Et quamvis non habent
roboris tamen unum vicia metum vincunt plerumque
facinus in feminitate fecerunt.
Seneca tragediarum in ypolito. ca. vii.
Quid sinet inausum femine preceps furor.
Idem de remediis fortuitorum. ca. xxi. et fi. Et
multe diu custoditum perdiderunt decus. Nichil
tam mobile quam feminarum voluptas. nichil
tam vagum. Et multe quos in adolescentia ama-
verunt in senectute cum odio reliquerunt. Et mu-
ltarum notus amor notior inmutatus est.
Lex. C. de spo. l. pe. plerumque consilium femine, ad-
sus propria commoda invenitur laborare.
Iuvenalis libro ii. satyra vi.
Intollerabilius nichil est quam femina dives.
Cassiodorus epistolarum libro ii. epistola xxi. Sexus
femineus ad mutabilitatis vitia pronus.
Bernardus de improbatione vitiorum. ca. vi.
Pestis avaritie fragili sedet in muliere.
Andreas ad Gualterum de amore libro iii. et fi.
Fluctuosus est animus mulieris et inrecuptabilis.
Idem in libro de dissuasione uxoris. Mulier in am-
plexu demollitur et demollit. Dove in molline abi-
ens deniceat. Oposa est mulieris assistina su-